

A V S T R I A

IOANNIS CVSPINIANI

CVM OMNIBVS EIVSDEM MAR-
CHIONIBVS, DVCIBVS, ARCHIDV-
CIBVS, AC REBVS PRÆCLARE AD HÆC VE-

que tempora ab iisdem
gestis.

*EIVSDEM IOANNIS CVSPINIANI
oratio protreptica ad S. Ro. Imperii Principes & proceres, ut bellum
suscipiant contra Turcum: cum descriptione conflictus in Hungaria
facti, quo periit rex Hungariae LVDOVICVS, & qua via Turcus Sole-
met ad Budam usque peruenit ex Alba Graeca. cum enumeratione
clara dotium, quibus à natura dotata est Hungaria: & in-
sertione multarum rerum annotatu
dignissimarum.*

CVM GASPARIS BRVCHII POETÆ LAV-
reati & Comitum Palatini Præfatione, quæ Carmine Elegiaco scripta,
Encomion eiusdem Austriae continet.

Cum INDICE locupletissimo.

*Hic
Corrigido conforme el de Lan
del 6 de Mayo de 1717.
de 1640
Luis de Haro*



FRANCOFVRTI,
Typis Wecheliani apud Claudium
Marnium, & heredes Ioannis Aubrij.
M. D C I.

3

REVERENDO IN CHRISTO
PATRI AC AMPLISS. DOMINO, D. GRE-

GORIO LECHNERO ABBATI CREMIFANENSI IN AVSTRIA SVPERA
Anasum sicut eiusdemque germano fratri, D. IACOBO LECHNERO, Philoso-
phie ac sacre pagine Magistro, eximia virtute ac doctrina prestanti viro,
Dominis ac benefactoribus suis E. D. GASPARE BRVSVCHIVS
Egramus Poeta laureatus, & Comes
Palatinus,




VALLIS erat quondam pulcherrima Gracia mira
Fertate soli, & fertilitate soli.
Artium & illarum studis, quarum auctor Apollo
Antea cultores tollit ad astra suos:

Sed quodq; mirifice populosis urbibus, atq;
Doctrina claris, ingenioq; viris,
Principibus magnis hinc usque ad sidera nota,
Et gestis horum rebus honorificis:
Talis & est, & erit (veluti speramus, & à Divi
Optamus superis) Austria, terra potens.
Austria multorum patria illustrissima dnum,
Imperii sedes Austria, diva domus.
Ex qua tot magni Reges venerunt, Ducesq;
Et tot Reginae, magnanimaeque nurus.
Induperatores quae iam dedit vobis potentes
Imperio sacro Martia Roma tuo.
Ex Habspurgica prognatum stirpe Rodolphum,
Cuius Otthacarus sensit in ipse manus:
Qui Boiemorum & Meranorum robore fidens,
Effersus ac nimium seditiosus erat.
Istius & gnatum Albertum, qui post duo lustra
Cognati misere concidit ense sui.
Et Fridericum, olim Ludouici competitorem:
Imperii quo cum sceptris is habebat ouans.
Nominis Albertum quum eiusdemque secundum,
Cui Lachesis traxit non sua fila diu.
Et Fridericum illam, quo nemo diutius inter
Augustos omnes hac sacra sceptris tulit.
Quinetiam magnam & Aluortem Maximilianum,
Quo genuit maius non domus ista decus.
Istius atq; duos magnos, sorte q; nepotes,
Imperii qui nunc in hys sceptris tenent.
Quos omnes suo genuit meliore, Deorum
Austria bella nurus, Austria diva nurus.
Atq; hac gloria (qua cunctis supereminet orbis
Partibus, ista diuis Austria chara soror)
Est tanta est, & tam praecleara profecto, ut eadem
Vix maiorem aliam dicere forte queat.
Praedicat ipsa suos ut Achilles Gracia, sic &
Tercentum Fabios maxima Roma suos.
Praedicet & (quis enim virtuti & rebus honestis
Inuideat, nisi qui non generosa facit?)
Praedicet hoc saltem nobis tribuatur, ut ipsa
Ornecimus nostras hac quoq; laude duces.
Illustres proceres, stirps quos Habspurgica tanquam
E prisci sudis Laomedontis equo.

E domo Au-
strica octo
Imperatores.

Carolus v. de
Petraudum.

7


IOANNIS CVSPINIANI
AVSTRIA, CVM OMNIBVS ARCHIDV-
CIBVS EIVSDEM, AC VRBIS VIENNENSIS
 DESCRIPTIONE, ET QVICQVID IN AVSTRIA
 præclari habetur.

PROOEMIUM IN VITAM LEOPOLDI.



ARCHIONIS Austriae diui Leopoldi scripturus vitam, & res gestas, opera duxi precium, maiorum suorum in primis enarrate genealogiâ: dehinc Austriae sitam, & urbis Viennensis originem, ac veram descriptionem, multo aliter & verius quam priores, qui partim odio, partim favore, res huius regionis cleuarunt, & urbem insignem dehoneſtarunt: Postremo, quemadmodum diuus Leopoldus in numerum est relatus Sanctorum, miraculisq; sanctimoniam vitæ pleriq; testatus, à Friderico

*Quid mauris
aut vero ad hoc
scribendum e-
rit.*

*Fridericus
imp.*

*Maximilianus
Cæs.*

CO III. Cæsare Augusto apud Innocentium maximû Pont. & apud Alexandrû Pont. Max. Maximiliano Cæsare Augusto annitentibus, è tumba est translatus. Ea omnia verissimis narrationibus, abiecto verborû lenocinio & inani ostentatione, è receptis annalib; & vetustissimis antiquitatibus, ac diplomatibus, quæ oculata fide perspexi, exequar. Interim fidem lector habeat, quoad certiora intelliget. Si frivola, quæ temeritate quadam nonnulli sibi vsurpant scriptores, nulla auctoritate sussulet, auulerimus: id liberum sit cuiq; vel damnare, vel reuocare. In animo est verissima quæq; afferre, & vetustissima, & prudens scientiq; in nullius gratiam fictum aliquid afferre. In primis vero obtestari lector es volo, si qui has legent lucubratiunculas, ne stomachentur, si Germanica, quæ non recipiunt Latinam etymologiam, nomina Germanice exprimant, nullam enim est idioma, quod possit alterius sincere & graphice explicare voculas. Et ob id innumeri sunt orti à scriptorib;

B Italicis errores in Germanicis historiis: quanquam nullius non ignominia perstringere volo. Optimus quisque enim, quæ meliora nouit, postleris relinquit à se scripta, qui hanc obit scribendi prouinciam. Nemo volens errat: si vero errat, aut indiligentia, aut negligentiæ culpam incurrit, vt nos homines esse recordemur. Nec enim Deus vni omnia præstitit. fragiles nos creauit, vt originis nostræ memores, non nos efferamus, neque superbiamus: sed quisq; secum reputet, quam sit cuiq; curta supellex. Videmus Græcos, qui omnium disciplinarum literarumq; sunt auctores, vt pote à quib; Romana lingua sumpsit exordia, nonnunquam Romanorum nomina, præsertim propria, corruptissime enunciant: sicut ex Diodoro Siculo & Dion. Halicarnasseo, in nostris Coss. lare ostendimus. Sic nomina urbium, oppidorû, fluminû sepe corrumuntur, potissimû Germanica: quod ex Strabene, Ptolemæo, Arriano, Dionyho, Stephano, studiosus lector facile deprehendet, si erit diligens. Sic & Plinius, Mela, & cæteri passim in Germanicis hallucinantur. Vnde quidâ Aulheraniam Germaniæ insulam, vel Aultrauiam, maximo errore Austrâ putant: & nonnulli nimis scioli, Germanicû nomen Friderichus, vt pleraq; alia à fœdere Fridericum, ridicule nimis enunciant: cum natum & genuinû sit, *Friderich*, vt alia, quæ enumerate longi esset operis. Sic nonnulli Leopoldû, à Leone inepte nimis deriuant: cum, vt vetera diplomata testantur, Lampaldus sit dictus antiquitus, quemadmodû in expeditione Asiatica Friderici primi Cæs. Ro. Tugenobatauensis Decanus attestatur. Veteres enim Germani nomina à proprietatib; quibusdâ, quas noverant, indiderunt: hunc *Woffgana*, hunc *Bernhart*, hunc *Leonhart*, hunc *Erenreich*, illum *Friderich*, nonnullis Germanis vocantes, lingua patria. Posteaquam autê Romana lingua in has regiones nostras penetrauit, vt est humana natura prompta ad imitandû exterarum nationes, adiectione syllabæ, vel nonnunquâ vnius literæ, Leonhardû, Bernhartû, Fridericam, nomina effecerunt Latina. Sic Cato & veteres Oscam Etruscamq; linguam polientes, reddiderunt Romanam. Cum vero acutissimus ille Rhetor F. Quintilianus doceat, sermone fore vtendum vt numismate, cui publica forma est: superflitiosum arbitror, inconuictis vti nominibus, & affectatis, dummodo recte sciamus veras voces, & non ea quæ perperam enunciantur, nos fugiant. Loquendû enim est vt multi, sapiendum vt pauci: & vt ille dicebat, Laudamus nempe veteres, sed nostris uimur annis: cum uetus sermo nihil aliud sit, quam uetus loquendi consuetudo, vt Laurentius Valla in tribus illis libris regis Ferdinandi Aragoniæ longe lateque disputat, asserens

*Medius uo-
lunt.*